

Johann Joachim Schoepffer

**Programma Qvo Joh. Joachimus Schöpffer/ J.U.D. & Prof. Comes Palat.
Cæsareus ... Ad Disputationem Inauguralem ... Dn. Georgii Wilhelmi Koepken,
Lüneburgensis De Advocato Injuriante, Die VI. Febr. MDCCX. In Auditorio Majori
Sub Auspicio Divino Habendam ... Invitat**

Rostochii: Typis Joh. Wepplingi[i], [1710?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn86207651X>

Druck Freier  Zugang



R.K. — 2 (129.)

1. Stolle, de vita eremitica.
2. Hollmann, de jure consequentiarum.
3. Habichkorfius de conjugio clericorum.
4. Musenius de paenitentia haereticorum.
5. Facetus, ad titulum primum libri xvi & de Sto. Yellegano.
6. Schaezler de heretico tempore quadragefimae.
7. Müller de iudicationibus et p[ro] eius praeparatoris et effectu in mega/soli
8. Bodinus de barattaria non ob Rajm von Hiffer.
9. Bodinus de actione familiare et oratione.
10. Bodinus de peritia et impertitia omnipotens omnibus auxiliis.
11. Rivinus, de pactis dotilibus in quantum statutis derogant vel minus?
12. Bodinus, de contractibus communium potestatum, non Cautio[n]em fuisse
Novitum, neque si nulam nim verba sibi sunt.
13. Bodinus, de obligacione forensi juris divini.
14. Bodinus, de illimita a principibus protestantibus provocazione in causis
ecclesiasticis.
15. Bodinus, de restringende libertate matrimonii in eundi.
16. Bodinus, errores communes circa matrimonialia.
17. Bodinus, de conjugio illicito.
18. Bodinus, de jure nobilitatis et vera ingenuitate.
19. Bodinus, de testamento testamentorum abusu.
20. Bodinus, de errore communis circa venditiones que in scriptis
conficiuntur, non sicut cum Domiciano.
21. Bodinus, de testamentis irrevocabilibus.
22. De Boden, de furtu periculoso.
23. Tell de intromissione.
24. Schartau, de differentiis iuris civilis et mercialis.
25. Schaezler, de aduocato in iuriante.
26. Dinoget, de iure aetatis nuptiarum feminae minorum estima ta.
27. Dinnex, de iusta summa pretio definienda et quatenus ex ea
circumvenire contractantes licet.
28. Friderici, de appellacionibus atque provocacionibus ad judicium
xanderianum.
29. Hornbeam cum Park, De fundata in Corone fita p[ro] arsuum
jurisdictione quamvis a Cora causa agendi a principio suscepit.

30. Conrad, de inaequali masculorum et feminorum heredum
jura Cimberiva successione.
31. Crell, publicam ceremoniam qua artus condicantur.
32. Crell, de deposito cum fiducionem utile ut res post partem
deponentis tertio restituatur.
33. Crell, utrum dividio per partitionem facta ob lesionem refindi
possit.
34. Crell, partitionem statutariam marito ab uxore bona ventre
adimi posse.
35. Crell, utrum ex modo legato eius affectionis debetur.
36. Crell, De debito et hypotheca conditionali.
37. Crell, de iure iurando fapplicatio quadam præalacione doceri,
tar.
38. Crell, de laude uerae imprimis judiciali et legitima.
39. Crell, de communione magisterie et indissolubili
40. Crell, de sermone maritelli cum uxore testamenti locutione.
41. Goerck meier, de civitateibus nonfectionis.
42. Ludwig, de iuribus germanicis fundo cognatis.
43. Ludwig, de Colonia adscriptis, cum Lufte quatuor et Communione.
44. Ludwig, de conductione sellare, cum Pindal = Reya, Maynor in Tiffenffeld
et Hauß.
45. Danzelmann Ludwig, de iure, quod filii galliarum nec in Lutherini-
giā postulavit usurparūt que huius.
46. Ludwig, dilector Julian, contra philosophia Christianorum.
47. Ludwig, de heretica farto, cum van Vredenburch,
48. Ludwig, de hagen foliata etule, ingeniose latice part. I. def. et Prop. Phys.
49. Sleyo, de iure septidui in specie de septidue præfons, ~~leg~~ Raco.

25.

PROGRAMMA
JOH. JOACHI-
MUS Schöppfer/

J.U.D. & PROF. COMES PALAT. CÆSAREUS, CONSISTO-
RII DUCALIS CONSILIARIUS ET CANCELLARIA MECLENB.
VICE-DIRECTOR, ET AD HUNC ACTUM DECANUS
SUO ET TOTIUS ORDINIS JURIDICI NOMINE

AD
DISPUTATIONEM INAUGURALEM
VIRI PRÆ-NOBILIS ATQVE CONSULTISSIMI

DN. GEORGII WILHEL-
MI KOEPKEN, LÜNEBURGENSIS

DE
ADVOCATO
INJURIANTE,

DIE VI. FEBR. MDCCX. IN AUDITORIO MAJORI
SUB AUSPICIO DIVINO HABENDAM,
MAGNIFICUM DN. RECTOREM, ILLISTRIS REGIMI-
NIS PROCERES, UTRIUSQUE REIPUBLICÆ SENATUM, OMNES
OMNIUM ORDINUM CIVES ACADEMICOS, LITERATOS ET
LITERATORUM CULTORES ET FAUTORES OBSE-
VANTER ET OFFICIOSE INVITAT.

ROSTOCHII,

Typis Joh. WEPPLINGI, SER. PRINC. ET ACAD. Typogr.



Eges XII. Tabularum maximæ
qvidem olim fuerunt autoritatis,
licet multa continuerint ab æqvite
tate aliena , qyæ successu tempo
ris, partim à Jctis, partim à Præ
toribus, partim ab Imperatoribus
sunt emendata. Ad qvorum
numerum refero: qvod ex XII.
Tabulis non licuerit per procu
rаторem agere, Jctitamen contrarium olim recepe
rant, qvod tandem ab Imperatoribus confirmatum est.
pr. 3. d. iu. per quos agere possum. ibid. Dd. Cujus antiqui ju
ris vestigia hinc inde in jure Justinianeo adhuc reperi
untur vid. *L. Nemo alieno nomine Lege agere potest 123. pr. ff.*
4. R. f. L 12. §. 10. ibi: nec Procurator ff. d. acceptil. L. p. n. C. d.
Vindicta. Hodie vero in causa civili liberum est & actori
& reo, an per se, an per procuratorem causam agere,
velint, imo qvandoq; singularem continent cautelam,
si quis per alium agat *E. 6. §. 2. ff. d. his qui not. infam.* Gail.
L. 1. Obs. m. n. 3. Et in plerisq; locis hodie advocati
simul procuratorum in se suscipiunt officium, ita ut
pars litigans eligere possit advocatum, cui totam com
mittere

mittere possit causam. Circa qvam electionem du-
bium moveri posset, an *Advocatus junior* an *senior* eligi
debeat. Juniores parum laudantur à Carpz: *Part. i. C. I.*
def. 18 n. 12, ibi: *Cum juvenes Advocati plurimq; confuso-*
res liq; dicantur. Et vulgo de junioribus Advocatis
dici solet, qvod de juniore medico, qvod scil. uti huic
nullus æger mortuus, ita ille nullum adhuc amise-
rit processum: *Er habe noch keinen Proces ver-*
lohlen. Ut ut enim advocatus hic summis effe-
rēndus esset laudibus, qvi tam providus causarum pa-
tronus esset, ut nullam fusciperet causam, cuius victo-
riam sibi polliceri non posset, in imbecillitate tamen
humana, si copia processuum alicui detur, vix possibile,
ut qvis in omni pocessu victor existat. Sic Tubero
patriciæ dignitat̄, doctissimus habitus fuit ju-
ris publici & privati, qvi etiam plures utriusq; operis
libros conscripsit, teste Pompon. in *L. 2. §. 46. ff. d. O. J.*
nihilominus, in causa propria, non obtinuit *d. L. 2. §. 46.*
ibi: *nec obtinuit*. Paulus qvoq; acutissimus fuit JCtus,
nihilominus causam, in foro defensam, perdidit
L. Quæsum est 78. §. 6. ibi: *nec obtinui. ff. d. Leg. 3.*
Qvod tamen nec ipsi, sibi, nec alii eis vitio duxerunt.
Cum non semper in Advocate culpa amissionis hæ-
reat Interim usus facit artificem, qvæ sententia liqvi-
do confirmatur *L. Providendum est 7 C. d. Advoc. i.* ubi
vetustiores, nobilissimi censemur, tyrones vero rudes
præsumuntur ibi: *à rudibus atq; tyronibus*. Præterea junio-
res priores solent esse ad convicia, utpote qvorum
spiritus solent esse fervidiores sic sind gai ritata vor der
Stirn/ ut raro debita modestia causas tractent, nisi se-
mel atq; iterum puniti sapere discant. Alii vero junio-
rem Advocate eruditum tamen, & prudentem præ-
ferunt,

freunt, qvia in Juvenibus sensus sunt acutiores, & ad capiendum velociores Esb. *ad Carpz. d. def. 18. n. 12.* seniores quoque ut plurimum mole causarum præmuntur, ut sic periculosest uni homini celebri licet, multis tamen causis obruto, causam suam committere. Brunnem. *in proc. civ. cap. 1. n. 72.* Ut hinc dixerim consultius esse, causam committere juniori, ita tamen, ut semper cum seniore aliquo conferat, juniores enim sunt magis laboriosi, gloriæ cupidi, omnesque nervos eo intendunt ut causæ victoriæ reportent, si vero in aliquo erraverint, à seniore in rectam reduci possunt viam & sic fervor illorum mitigari quoque poterit, cum & seniores ut plurimum ægre ferant, si juniores eis contradicant, & sic eadem facilitate, ad injurias & aculeata prolabantur, nisi legum severitas, & præcipue poena! *Quisquis 6. §. 1. C. d. At voc. 1. eos deterreat, de qua materia, admodum erudite egit Vir Præ-nobilis atq; consultissimus DN. GEORG. WILHELM KOEPKE Luneburgensis, juris utriusque Candidatus & in Consistorio Ducali Mecklenburgico Advocatus ordinarius celeberrimus.*

Qui nobili natus genere, Luneburgi die XIII. Calen d. Februar. Anno MDCLXXXIV. vitam ingressus est. Suâque nativitate patrem virum *Prænobilitissimum, Amplissimum atq; Consultissimum* DN. JOHANNEM HENRICUM KOEPKEN, *J. U. D. & Advocatum longe celeberrimum* singulari perfudit lætitia. Mundanam vero felicitatem atq; lætitiam esse inconstanter atq; caducam, prælaudatus DN. D. KOEPKEN, suo testatum dedit exemplo, qvia paucos dies post felicem filioli, natu junioris, Christo in baptismo oblationem, gravissimo & ultimo correptus est morbo, in quo animam

niam æterno Deo triuni placide commendavit & ex-
spiravit, postquam conjugem dulcissimam DN.CLA-
RAM MARGARETAM SCHARFFIAM, cum
quatuor liberis, & inter hos vix natum Dn. Can-
didatum, singulari Dei curæ, ac benedictioni commen-
dasset. Cui benedictioni paternæ Deus pondus adje-
cit. Mater enim Candidati dulcissima, adhuc per Dei
gratiam superstes, (cujus animi corporisq; vires Deus
per plures adhuc firmet annos, quo fidelissimæ educa-
tionis fructus porro singulari perspiciat lætitia!) soler-
tissimam ac felicissimam in educando hoc charissimo
filiolo, viduitatis dilectissimo solatio, ultra triennium
sola impedit curam, postea vero, Deo sic clementer
dirigente, curarum, omnisq; fortunæ socium sibi elegit
virum *Prænobilissimum atq; Consultissimum* DN.JOACHI-
MUM ZIMMERMANNUM, *Senatorem Luneburgensem.*
& Præsidem Judicij fulgidissimum. Qui paterno affe-
ctu privignos & inter hos præcipue Candidatum no-
strum, aluit & amavit. Avū paternum salutavit virum
Plurimum Reverendum atq; Nobilissimum DN. BRANDA-
NUM KOEPKEN, *Rev. Bardovicensis Capituli Cano-*
nicum Seniorem. Aviam v. MARIAM WIGE-
RIAM, *Viri Plurimum Reverendi BRANDANI*
WIGERII, Pastoris olim ad templum D. Nicolai, apud Lu-
neburgenses Longe vigilissimi filiam. Avo autem
materno gaudet *Viro Maximè Reverendo atq; Nobilissimo*
DN. M. DAVIDE SCHARFFIO, *Canonico Bardovi-*
censi fulgidissimo, & Ecclesie Cathedralis Pastore meritissimo,
eiusdemq; Diœcesis Superintendente vigilissimo. Avia
vero materna fuit fœmina, omni virtutum genere con-
decoratissima ANNA JANICHEN *Viri Plurimum, Re-*
verendi

verendi, nunc beati HENRICI JANICHEN, Pastoris
apud Hamburgenses ad eadem D. Catharinae dicatam optimè
meriti filia. Tam splendidi & virtuosi sanguinis se-
mina, in Candidato latere non potuerunt, sed in prima
jam ætate optima indoles spem fecit pulcherrimam so-
lidioris, cum maturâ ætate, eruditionis. Qvam spem
mirum in modum auxit, fidelissima informatio Viri
maxime Reverendi atque excellentissimi DN. JOH. PETRI
Grünenberg Philos. & S. S. Theol. Doctoris atque Prof.
publ. Inge celeberrimi, Consistorii Ducalis Consiliarii gra-
vissimi & districtus Mecklenburgensis Superintendentis me-
ritissimi Dn. Collegæ & fautoris mei omni honoris ac huma-
nitatis cultu prosequendi, qvi tunc temporis copiosæ ju-
ventuti Harburgenfi, ut Rector præerat, cum vero
hic ad sacerdotis vocaretur officium, ad Lüneburgen-
ses rediit, & fidelissimam Dn. Elfeldii Con-Rectoris &
nunc beati Dn. M. Joh. Büschii Rectoris, informationem
in horis tum publicis, tum privatis, gratâ, sedulâq;
mente expertus est. Anno vero MDCC. Academi-
cas salutavit Musas, & quidem in Juliâ, seu Helmsta-
dienſi prima posuit tyrocinia, auscultando in jure, viris
doctrinâ & longo rerum uſu Excellentibus Dn. D EL-
SENHARD. Dn. D WERLHOFF, Dn. D. HOM-
BURG. In Mathematicis & Astronomicis præcepta
Excellentiss. Dn. WAGNERI secutus est. In curiosis
prælucentem habuit Dn. D. JOH. ANDR. SCHMIDIUM,
solertissimum curiosorum indagatorem. Biennio Helmsta-
dii, singulari cum fructu, peracto, Roseti nostri visita-
vit Musas, & ex ore excellentissimorum juris Professorum
dependit, & præeunte quidem viro prenobilissimo, am-
plissimo, consultissimo atque excellentissimo Dn. CASPA-
RO


RO MATTHÆO MULLERO *J. U. D. & Prof. famis
geratissimo & serenissimi Ducis Mecklenburgensis consiliario
meritissimo*, Institutiones justinianeas , ceu fundamen-
ta juris Romani repetiit , sub mea quoque manuducti-
one integrum juris cursum , in collegiis quotidianis
examinatoriis absolvit , talemq[ue] sibi in jure thesaurum
acquisivit, quo olim Deo , reipublicæ , & opem implor-
antibus posset inservire. In quo laudabili studiorum
cursu , quam maximè excitatus fuit & ore & virtuti-
bus *viri plurimum Reverendi atque prænobilissimi Dn.* DA-
VIDIS HENRICI KOEKPEN , *Phil. & S. S. Th. Docto-*
ris & Ducalis Professoris ordinarii fratris candidati nostri
germani , & dilectissimi , nostri autem fautoris æstuma-
tissimi , hujus ergo vestigiis , in sua tamen facultate , in-
sistendum sibi esse censuit , ne virtute cederet , quem
nascendi ordine seqvendum fuit. Et hactenus felici
æmulatione , juris iter emensus est , fiduciâ enim stu-
diorum sedulo hactenus tractatorum , nomen amplissi-
mae facultati juridicæ dedit & modeste petiit , ut ad con-
sveta examina juris candidatorum admitteretur , in
qvibus talem se exhibuit , ut omnium calculo ad disser-
tationem inauguralem admittendus esset. Cum vero
jurisprudentia nostra non sit disciplina Theoretica , qvæ
in nuda contemplatione consistat , sed practica , qvæ
juris præcepta , ad casus obvenientes applicare , & ju-
stum ab injusto discernere doceat , hinc salutari con-
silio Candidatus noster petiit , ut in collegio Advocato-
rum & Procuratorum ordinariorum in Consistorio Du-
cali , sex Doctoribus splendido , reciperetur , voti com-
pos factus clientum ejus auxilia desiderantium , jura &
dextre & nervosè , tum perorando , tum scriptis expo-
fuit.

suit. Nunc quoque pro cathedrâ decertare, & eruditissimam dissertationem, de Advocato injuriante, defendere, & summos mereri honores paratus est. Cui negotio, cum dies VIII. Iduum Febr. Deo Clementer annuente, destinata sit, MAGNIFICUM ACADEMIÆ RECTOREM, Regiminis Illustris proceres, utriusq[ue] reipublicæ patres conscriptos, omnium facultatum Doctores & Licentiatos, beneficiorum divinorum dispensatores, Artium liberalium Magistros, generosissimam nobilissimam florentissimamq[ue] studiose juventutis coronam, omnesque cives Academicos, studiorumq[ue] fautores qva decet humanitate, rogo & obsecro, velint gravioribus suis negotiis tantum temporis detrahere, & præsentia sua magnifica, excellentissima, splendidissima, maximeq[ue] honorifica, actum hunc illustrare atq[ue] condecorare, tanti beneficii Dominum CANDIDATUM ætatem recordaturum fore, spondeo, meq[ue] ad omnem officiorum promtitudinem, bona fide, adstringo.

P. P. Rostochii sub Facultatis Juridicæ
Sigillo die XIV. Calend. Febru-
arii A. MDCCX,



50. Ruylias, De reservatione hypothecae a venditore facta in loco
Latini portu regidae,
51. Wirth, de usuis,
52. Wilcox, de causa contractum perfectum residentibus.
53. Kembang, De litteris maratariis, non omniq[ue]nulla vnde aut
Plauti Cincius.



) 49 (

ut in universum *Civitati Goslariensi*
iae adversus creditores suos tunc tem-
pore, vid. *Dn. de Freudenberg conclus. 71.*
Domui etiam Electorali Palatinæ, quæ
bello tricennali præ cæteris Statibus
hiæta & tantum non destructa, quo
veratorem conquesta est, ut ex §. 176.
uet, singulare & plane extraordinari-
ib *Imp. Ferdinando III.* ad viginti annos
iijus tenorem sequenti paragrapho ex-
orma moratorii inde eo melius co-
modo monemus, quod sub Palatini
es ejus, oppida . pagi & subditi alii,
stitutum, expromissionem, & fide-
Principis, vulgo Commissariat, vel
se suscepereunt, comprehendantur,
ti & Pauli Gamsi annot. ad §. 176.

§. 8.

ens moratorii Electori Palatino con-
Pandect. Cameral. tit. 12. p. m. 226. repe-

nd der dritte / von Gottes Gnaden
Römischer Kaiser / zu allen zeiten
hs / in Germanien / zu Hungar-
tien/Croatien und Slavonien König
esterreich / Herzog zu Burgund/
Trän/ und Würtenberg / Graff zu
n öffentlich mit diesem Brief/ und
möglich/ Demnach uns des Heil.
G Reichs

Formula
moratorii.